

Priest's Prayer After Hearing Confessions

in Latin and English

ORATIONES SACERDOTIS POSTQUAM CONFESSIONES EXCEPERIT

Dómine Iesu Christe, dulcis amátor et sanctificátor animárum, purífica, óbsecro, per infusiónem Sancti Spíritus cor meum ab omni affectiōne et cogitatiōne vitiōsa, et quidquid a me in meo múnere sive per neglegéntiam, sive per ignorántiam peccátum est, tua infinítā pietáte et misericórdia supplére dignérис. Comméndo in tuis amabilíssimis vulnéribus omnes áimas, quas ad paenitentiam traxísti, et tuo pretiosíssimo Sanguine sanctificásti, ut eas a peccátis ómnibus custódias et in tuo timóre et amóre consérves, in virtútibus in dies magis promóveas, atque ad vitam perdúcás aetérnam: Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculórum. *Amen.*

Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, súscipe hoc obséquii mei ministérium in amóre illo superdigníssimo, quo beatam Maríam Magdalénam omnésque ad te confugiéntes peccatóres absolvísti, et quidquid in sacraménti huius administratione neglegénter minúsque digne perféci, tu per te supplére et satisfácere dignérис. Omnes et síngulos, qui mihi modo conféssi sunt, comméndo dulcíssimo Cordi tuo rogans, ut eósdem custódias et a recidíva praesérves atque post huius vitae misériam mecum ad gáudia perdúcás aetérna.

Amen.

PRIEST'S PRAYER AFTER HEARING CONFESSIONS

Lord Jesus Christ, sweet lover and sanctifier of souls, I pray Thee, through the infusion of the Holy Spirit, purify my heart from every corrupt feeling or thought and, through Thy infinite compassion and mercy, deign to make good any transgression whatsoever made by me in my service due to my negligence or my ignorance. I commend to Thy most lovable wounds all the souls whom Thou hast drawn to repentance, and whom Thou hast sanctified by Thy Precious Blood, so that Thou mayest guard them from every sin and keep them in Thy love and in Thy fear, promote in them each day more virtues, and lead them to eternal life. You who live and reign with the Father and the Holy Spirit for ever and ever. *Amen.*

Lord Jesus Christ, Son of the living God, accept this ministry of my obedience with that surpassing love with which Thou didst absolve Saint Mary Magdalene and all sinners flying to Thee for refuge, and whatever in the administration of this Sacrament I performed negligently and less than worthily, deign to supply and satisfy. I commend to Thy most sweet Heart each and every person who has just now confessed to me, asking that Thou mayest guard them and keep them from backsliding and, after the misery of this life, that thou mayest lead them with me to the joys everlasting.

Amen.